

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6459

Autre(s) référence(s) : Bates 46 / ARTEM 1988 / Round 449

Auteur(s) : Roger II de Montgommery [particulier]

Bénéficiaire(s) : Caen, Saint-Étienne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1077, 13 septembre

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Roger de Montgommery donne le bourg de Trun et le bois d'Auge à l'abbaye Saint-Étienne de Caen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Adigard des Gautries Jean, *La donation du "bourg" de Trun à l'Abbaye de Saint-Étienne de Caen par Roger II de Montgomeri*, *Bulletin de la Société historique et archéologique de l'Orne*, 1953, p. 11-12.
- b. Musset Lucien, *Les actes de Guillaume le Conquérant et de la reine Mathilde pour les abbayes caennaises*, Caen, Caron (MSAN ; 37), 1967, n° 3.
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 46, p. 220-221.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 449. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conqueroris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, t. 1, n° 96.

Dissertation critique

La donation a été faite le jour de la dédicace de l'abbatial Saint-Étienne de Caen (le 13 septembre 1077).

Texte établi d'après c

EGO ROGERIUS de Monte Gomerico fidelis domini mei WILIELMI Anglorum regis, Normannorum et Cenomannorum principis, ob amorem Dei et eiusdem domini mei, et pro salute animæ meæ, trado coenobio quod ab eo in burgo Cadomo in honorem beati STEPHANI constructum est, burgum de Trum cum silva de Alge et cum terris et lundis et omnibus ad ipsum burgum pertinentibus, exceptis molendinis et decimis que iam alii ecclesiis concessi, ea conditione servata ut quam diu ego vixero, vel idem dominus meus, aut uxor mea, liceat michi si voluero ipsum burgum in meo habere dominio. Post mortem vero meam vel domini mei aut uxoris meæ deveniat in ius et possessionem præfati coenobii, ut liberum sit abbatibus et monachis inibi Deo servientibus canonice ipsum

disponere, dare, tenere, et quicquid regulariter et secundum Deum utile de eo prospexerint adimplere. Et ut certum hoc de reliquo fiat et in posterum dubitatio nulla remaneat, concedo in præsentiarum domum Aiulfi Girelli cum omnibus consuetudinibus de ea domo ad me pertinentibus, tam de indigenis quam de extraneis mercatoribus in ea aliquid ementibus vel vendentibus, seu aliquid unde commodum provenire soleat contrahentibus. Hoc donum idem dominus meus sua auctoritate firmavit, et in memoriam ipsius donationis viam quæ extra burgum ducebat, per burgum ire concessit.

Testes : Henricus filius Rogerii de Bello Monte, Haimo, Gislebertus Haretel, et alii plures. Hoc donum idem Rogerius in dedicatione æcclesiæ beati STEPHANI postea super altare tradidit, concedente WILIELMO Anglorum rege, Normannorum et Cenomannorum principe, et filio suo ROBERTO. Testes : LANFRANCUS Canturiensis archiepiscopus, Odo Baiocensis episcopus, Rogerus de Bello Monte, et alii plures qui ei dedicationi interfuerent.

Signum + Willelmi regis Anglorum. Signum + Mathildis reginæ. Signum + Roberti comitis. Signum + um Alani comitis. Signum + Willelmi comitis. Signum + Hugoni comitis. Signum + um Rogeri comitis de Monte Gmerico. Signum + um Aucensis comitis. Signum + um Enrici de Bello Monte. Robertus + de Belesme. Willelmus + Paganellus. Gulferius + de Vilereit. Homines Roberti de Belesme qui cum eo firmaverunt. Testes qui huic firmationi interfuerent : Robertus comes de Moritolio, Bernardus de Novomercato, Hubertus de Portu, Rodulfus Suhardus et alii plures.